Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26268
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bus sacrificium hi sacerdotes premonstraverunt. Tertio loco sacerdotes ministri offerunt. quia
tertio tempore apostoli ipsum sacrificium exceperunt. et hi fideles docuerunt. quod cotti-
die vii. suprascripta officia offerunt. Quarto loco angeli sacrificium laudis
offerunt. quia post hanc vitam angeli cum beatis hominibus deum in secula seculi laudabunt.

De v. Officio.

QUINTUM Officium alis cherubin velatur. in quo summi
pontificis hostia et regis gloriae pugna representatur. Hoc moyses prefigur- — De pugna christi.
abat. qui in monte extensis manibus orabat. dum iosue qui et ihesus cum ama-
lech pugnabat. devicti regnum vastabat. ac populum cum victoriae leti-
cia reducebat. Sic christus in monte crucis extentis manibus pro populo non creden-
te et contradicente oravit. et verus dux cum amalech. id est cum diabolo vexil-
lum sanctae crucis pugnavit. devicti regnum vastavit. dum infernum superato ho-
ste maligno spoliavit. populum de tenebris ereptum cum gloria victoriae ad ce-
lestia revocavit. Hoc totum episcopus imaginatur expresse. et quasi tragicis gestibus — Misterium.
exprimere conatur. Christum namque in cruce fixum representat. dum expansis
manibus canonem recitat. Quasi contra amalech pugnat. dum contra dia-
bolum christi passionem cum signis crucium simulat. Ministri autem qui acies pug-
nantium utrimque ordinantur. dum diaconi retro episcopum. subdiaconi retro altare
locantur. Exercitus cum triumpho regreditur. quia populus percepta communione
ad propria cum gaudio revertitur. In hoc officio agitur christi passio super crucem ex- — Passio christi.
matus. dtare. crux intelligitur in quo corporale in forma corporis christi distendi-
tur. Corporale de puro lino fit terre. et cum multo labore candidatur [in candorem vertitur]. et christi — crucifixum.
corpus de munda virgine nascitur. et per multas passiones in candorem resur-
rectionis redditur. Corporale complicatur. nec initium nec finis eius apparet.
quia divinitas christi initio caret. nec finem habet. Super quod oblata ponitur. quia
caro ad unitatem suscepta in cruce affligitur. Calix cum vino et aqua in
dextera locatur. quia sanguis cum aqua de latere christi manasse predicatur. Cum sa-
cerdos hanc quod oblationem dicit. se usque ad altare inclinat. quia ibi passio
christi inchoat. qui se usque ad aram crucis obediens patri inclinavit. Sed in ob-
lata vel calix in manu sacerdotis exaltatur. quia christus pro salute nostra in cru-
cem levatur. et sanguis eius in redemptione nostri immolatur. Interim diaconi
retro episcopum stantes. figuram apostolorum gerunt. qui in passione domini eo relicto omnes
fugerunt. Subdiaconi vero retro altare stantes contra episcopum aspiciunt. mulieres
et notos ihesu preferunt. qui a longe stantes. eius passionem viderunt. Ante al-
tare se inclinat sacerdos cum supplices te rogamus dicit. quia ibi christi passio